

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 100. Flagellantum secta in Misnia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](#)

**Sæcul. XV.** cepit, vel potius ipsem instruxit, inco-  
 A.C. 1414. gnita enim adhuc erat ejus Missionarii  
hujus Nationis lingua, quam tamen ex-  
 post didicerant. Ipsi quoque Guberna-  
 torem delegit quemdam Baronem Samo-  
 gitam Religione Christianum, cognomen-  
 to Kinzgal, atque etiam in celebriori ur-  
 bis loco Ecclesiam Cathedram aedifica-  
 ri curavit, pluresque in aliis totius Pro-  
 vinciæ locis fundavit Paræcias. Rebus  
 ita dispositis Ladislaus ad sua reversus  
 est, prosperum pii consilii eventum Deo  
 in acceptis referens.

### §. C.

#### *Flagellantium Secta in Misnia.*

**Gebelin.**  
**Person. æ-**  
**tat. p. 295.**  
**Fleury. l. C.**  
**s. 62.**

Prodiit hoc anno Millesimo quadringen-  
 tesimo decimo quarto in Sangerhusa  
 Misniensis Marchionatus oppido ingens  
 Hæreticorum turma, qui sub *Cruci-fra-*  
*trum* nomine flagellis sese concidentes  
 per orbem discurrebant, jactitantes, Sa-  
 cerdotium Evangelicum, postquam ipsi  
 advenissent, ob Presbyterorum malitiam  
 a Deo fuisse abolitum: Rejecto etiam Ba-  
 ptismalis aquæ usu proprium suum san-  
 guinem substituebant, quo circa se flagri-  
 cruentabant: In Sacramento Altaris nec  
 verum Christi corpus, nec verum Deum  
 contineri, sed Presbyterorum *ructum* esse  
 blasphemabant: Confessionem peccato-  
 rum

rum Sacerdoti deponendam & S. Abso- Sæcul. XV.  
lutionem contemnebant, eidem flagella- A.C. 1414.  
tionem cum cordis contritione subrogan-  
tes: Nullum admittebant purgatorium,  
nec suffragia pro defunctis: Nullius diei  
festivitatem celebrabant nisi Dominicæ,  
Nativitatis Christi, atque Assumptionis  
B. V. Mariæ. De his erroribus pluribus-  
que aliis Hæretici isti per Henricum Scho-  
nefeldium Theologæ Doctorem atque  
Inquisitorem convicti, & ad rogam  
damnati in dicto oppido Sangerhusa com-  
busti sunt.

## §. CI.

*Joannes Pontifex Mantua Bononiam  
profectus.*

Omnibus igitur pro celebranda Con- Niem. in vita  
stantiensi Synodo communi consen- Joan.  
su instructis, Joannes XXIII. atque Im- XXIII.  
perator Sigismundus ab invicem disce- Anton. tit.  
dunt, præstituto tempore ad colloquium 21. c. 6. f. I.  
redituri. Interea Mantuam petit Ponti-  
fex, ubi etiam cum Joanne Francisco de  
Gonzaga Amico ac Protectore suo hy-  
mem exegit. Proximo autem Vere Bo-  
noniam rediit, securitati suæ adversus  
Ladislauum consulturus, qui valido exer-  
citu toti Italæ terrorem incussum, & Bo-  
noniæ Papam obseffurus videbatur. Hoc  
perterriti Cardinales omnia jamjam ad  
*Hist. Eccles. Tom. XXV.* B b fugam